

DE ASCENSIONE DOMINI Ca. XL.

Scensionis dominice solenitas ideo celebratur.

a quia eodem die post mundi uitioriam, post inferni regresum, ascendere Christus memoratur

ad celos. sicut scriptum est. Ascendens in altum cepit captiuitatem, dedit dona hominibus. Que festivitas ideo per reuolutum circulum annorum celebratur, ut humanitas assumptam carnis ascendens ad dexteram patris in memoriam reuocetur, cuius corpus ita in celo esse credimus ut erat quando ascendit, quod & vox angelica protestatur dicens. Sic ueniet quemadmodum vidistis eum euntem in celum, id est eadem carnis species atque substantia, cui profecto carni immortalitatem dedit, naturam non abstulit. Dexteram autem patris ad quam idem filius sedere creditur, non est corporea, quod nefas est de deo setire, sed dextera patris, est beatitudo perpetua, que sanctis in resurrectione promittitur. i. vniuersae ecclesie que est corpus Christi, sicut et sinistra eius intelligitur miseria & poena perpetua, que impensis dabitur. Ante hanc ergo diem ascensionis domini mos est ecclesiarum occidentis, per tres dies proximos ieuminiū exercere, & letanias agere, et hoc congrue. Nam si credimus Christum in hoc tempore ad celos ascendisse, dignum est etiam, ut ante ascensionis eius diem operam demus, ieuniis & orationibus castigantes carnem nostram, & crucem eius in nobis meti ipsi gestates, quatinus illum sequi mereamur. Qui enim iquit uult post me uenire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam et sequatur me. Sicut ergo portamus in manibus nostris speciem crucis eius, ita portemus et in carne nostra similitudinem passionis eius. Qui autem sunt Christi, dixit apostolus, carnem suam crucifixerunt, cum uiciis & concupiscentiis. Et ita fiet, ut ubi Christus post resurrectionem suam cum gloria ascendet, illuc & nos resur-

RE PENTECOSTE,

Nam facta uita festi-

i, quando paulo al-

teachem des hinc ce-

ditem. Non nō autem

insipi quando autem fundi

longiori exhortatio, quoniam ut i

multo decubilat in celum. Den-

Celus inter allecē dicitur int-

erius uocando apud locum

estatio inper eos cotidiam in-

genitum de magnalia loquens

finicium de celo super Aqui-

gum uulsum solennitatem

et de causa percolent celebra-

ntibus habentur. Conatur autem

genuit febriliter legis. Illic etiam

ritus est interpolis quinqua-

Ubiq[ue] dicitur de, hic pe-

lata, qui tam p[ro]p[ter]e uis ad im-
mersionem palcha, & interpo-

ci spiritu sancti datur qui el-

icitur. Mofalce etatis inter-

cessantes aliud obiectum sacra-

re. Sed dicer[et] g[ra]m[mat]e leprosa-

nes in spiritu remitto p[ro]p[ter]

spiritu inquit anno faciunt

ut sit in nullu-

ensione domini Ca. XI.
gētes a mortuis, in carne incorruptibili per eius grām
ascēdere ualeamus, sicut dicit idem apostolus. Si enim
inquit cōplantati facti sumus similitudini mortis eius,
simil & resurrectionis erimus.

DE PENTECOSTE. Ca. XLI.

Nitium sane & causa festiuitatis Pentecostes. i.
i quinquagesimē paulo altius repetenda est. Pē
tecostes enim dies hinc cepit exordiū, quando
dei uox in Syna mōte desuper intonans, audita est, &
lex data est Moysi. In nouo autem testamento penteco
stes cepit, quando aduentum sancti spiritus quē Chri
stus promisit exhibuit, quem ait non esse uenturum,
nisi ipse ascendisset in celum. Deniq; dum portam celi
Christus intraslet, decē diebus interpositis, intremuit
subito orantibus apostolis locus, & descendente spiri
tu sancto super eos cōflammati sunt, ita ut linguis omnīm
gentium dei magnalia loquerentur. Aduentus itaq;
spiritus sancti de celo super Apostolos, in uarietate lin
guarum diffusam, solemnitatem trāsmisit in posteros,
eaq; de causa pētecosten celebratur, & dies ipse pīnde
in signis habetur. Concordat autem hec festiuitas euā
gelij cum festiuitate legis. Illic enim postea quā agnus
imolatus est, interpositis quinquaginta diebus, data est
lex Moysi scripta dīgito dei, hic postquam occisus est
Christus, qui tanq; ouis ad imolandum ductus est, ce
lebratur uerum pascha. & interpositis quinquaginta
diebus spiritus sanctus datur, qui est dīgitus dei, super
c. xx. discipulos Mosaice etatis nūero cōstitutos. Siquidē
& hec festiuitas aliud obtinet sacramentū. Cōstat enī ex
vii. septianis, sed dierū qdē septiane generat eandē pē
tecosten, in q̄ sit p̄cti remissio p̄ sp̄missiōm. Annorū uero
septiane quīquagesimū annū faciūt, q̄ ap̄ d̄ Hebreos iu
bileus noiat, in q̄ siliq; t̄re fit remissio, et seruorū libertas,